



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis Oratorii Fvndatoris

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Modium moribundum bis è faucibus mortis eripit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43172**

*Modium moribundum bis è faucibus  
mortis eripit.*

**E**odem, ut opinor, anno Io. Baptista Modius Calaber, qui inter alios Philippi filios præcipuus erat, bis vno ferme tempore à media morte eius opera reuocat<sup>o</sup> fuit. Erat is professione medicus, vir doctus æquè ac pius, cuius liber de aqua Tyberina inscriptus, ut missas faciã, quas in B. Iacobi Tudertis cantica elaborauit notationes, non sine auctoris laude circumfertur.

Inuaserat eum primùm grauissimus morbus; ea mali vis erat, ut Petrus Antonius Contugius, & Hippolitus Saluianus medici ea tempestate primarii de eius salute penitus desperarent. Die quodam morbo crescente Modium ad paucas horas vitam producturum pronunciant; ex pulsu enim arteriarum, aliisque signis morti proximum esse compererant. cum ergo ille sensib<sup>o</sup>

prope omnibus destitutus haud  
procul abesset interitu, adfuit Phi-  
lippus, qui vt hominē, ex cuius pri-  
uatis colloquiis multus colligeba-  
tur animorū fructus, à mortis fau-  
cibus eriperet, solus se in quodā cu-  
biculo abdidit: ibi pro ægro salute  
eo animi ardore diuinam cœpit im-  
plorare clementiam, vt plus quinq;  
cubitis in altum toto corpore attol-  
leretur, eius facie mirum in modū  
radiante: cum sic autem vnam & di-  
midiam circiter horā sublimè elatus  
precibus institisset, ingressa mulier,  
cui Margaritæ nomen, quæ Modio  
cibaria præparabat, in cubiculum  
orantis, eum diuina vi sublatū à ter-  
ra lumine splendere, faciemq; solis  
instar radios emittere deprehendit:  
quo visu illa primū territa, mira-  
culum, exclamat miraculum. ex-  
citi hoc clamore qui morienti affi-  
debant, confestim accurrunt:  
summis in tenebris splendere om-  
nia, Patremque in altum elatum

cernunt. Interim ille in se reuertens  
gratulabundus ad Modium tendit,  
astantibus tantæ rei miraculo stu-  
pentibus, manibusque eius capiti  
admotis, hominem nominatim in-  
clamat; bono animo esto, haud-  
quaquam ex isto morbo morieris.  
Quibus dictis redire ægro mox cœ-  
pit vox cum sensu; B. Patri respon-  
dit, quocum longum sermonem ha-  
buit, ac paucis post diebus è morbo  
planè conualuit. Hanc porro rem  
adeò miram, vt erat gesta, sacramen-  
to mihi, aliisq; narrauit post Philippi  
obitum, Bernardinus Corona<sup>a</sup> ciuis  
Romanus, affecta ætate vir, pietatiq;  
deditus, atque vnus ex antiquiori-  
bus eiusdem alumnis; eo enim vi-  
uente id ipse vni tantùm, vel alteri se-  
cretò aperuerat; omnibus enim pa-  
lā indicare nunquā ausus fuerat, ne  
Philippi modestiam offēderet, quā  
quidem offendisset grauissimè.

Nec vna hac in re Philippi is ex-  
pertus est opem: non multò post

Vitæ lib. I.

G 4

cum

<sup>a</sup>  
*Idem alij  
iureiuran-  
do firma-  
runt.*

*a*  
*Accepimus*  
*id à Franc.*  
*Maria*  
*Taurusio*  
*Cardinali.*  
*hoc ipsum*  
*Ioannes.*  
*Franciscus*  
*Bordinus*  
*Auenionis*  
*Archiepi-*  
*scopus pu-*  
*blico testi-*  
*monio con-*  
*firmauit.*

*b*  
*Idem Ma-*  
*gno Anto-*  
*nio accidit*  
*se scribit B.*  
*Athanasius*  
*Episco-*  
*pus in eius*  
*Epita.*

cum vesicæ calculo laborans<sup>a</sup> vrinæ reddendæ difficultate vexaretur, grauitas morbi fecit, vt desperatis iam medentium auxiliis salute periclitaretur: Ergo inuisit eum Philippus, eoque vt par erat, ad patientiam cohortato, in templum ad preces pro illo fundendas perexit, ibi in feruore spiritus orans continuo salutis filij desiderio: lacrymæ<sup>b</sup> in eius facie esse cœperunt, quæ simul atq; ex oculis fluere visæ sunt, eo ipso momento vrinæ simul & calculo iter patuit: qua ex re ita se æger allevatum sensit, vt ex incommoda illa valetudine penitus emerferit.

Huius deinde opera B. Pater in enarrandis priscorum Sanctorum rebus gestis magno cum fructu, & solatio audientiū vsus est: erat enim melliflua quadam facundia præditus, qui cum verba ad multitudinem faceret, vtile dulci miscens astantium pectora mira quadam suavitate replebat: deniq; cum magna

in pau-

Christi  
1556

Pauli III. Pap.  
2

Ætatis  
42 105

in pauperes flagraret charitate misericordiæ, Christianæque pietatis operibus maximè deditus, aliquot post annis in Dei famulatu absumptis obiit ita religiosè, pieque, ut vitæ responderit eodem tenore transfactæ.

Iesu Christi anno 1557 Pauli III. Pap. anno 2.3 Ætatis anno 42.43

*Visiones.*

**V**incentius, qui vitam Philippo Magistro vsus cum pietate duxerat, Philippo itidem eo ipso momento, quo obiit, a sese ostendit, quæ ille nubes<sup>b</sup> penetrantem proprijs oculis intuitus est. Incidit ea res in annum Domini millesimum quingentesimum quinquagesimum septimum.

Sub idem tempus Marius Tosinus<sup>c</sup> nomine, vir pietati deditissim<sup>9</sup> ut obiit, eidem confestim apparuit, cumque eum bis nominatim maxima voce in clamasset, cælum luce

Vitæ lib. I.

G 5

cla-

*Sanctissimi Viri, artemos servorum Dei recens vita sanctorum calum frequenter conscendere vident. lege S. Athanasium in S. Antonio, S. Hieronymum in Paulo primo Eremita. B. Cyrillum monachum in SS. Euthymio. Ioanne silentiario, & Saba, Euiratum in Prato c. 57. S. Gregorium Pap. lib. 2. dialog. c. 33. 34. 35. lib. 4. c. 40. Bedam in*